



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XIV. Revocatio facultatum quibusvis concessarum de dispensatione  
super matrimonio, super defectu natalium, ætatis, & aliis hic expressis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

cap. Si à subdelegato, de off. deleg. in 6. Itaq; necessaria fuit hæc Regula, ut gratia impetrantis negligenter executioni non demandata revalidaretur annuam ante diem obitus Papæ.

**C** Exspiraverat Jurisdictio sua. Nam ante executionem legitime citationem res est adhuc integra glo. in c. ut debitas in verbo assignare, ubi Innoc. Philip. Fram. de opul. Roman. Consil. 112. n. 14. Bart. & Alex. in l. 8. pluribus ff. de leg. 1. Bart. & DD. in relatum n. 5. ubi et Ab. d. tit. Miranda de ord. jud. part. 4. in 5. dist. pr. n. 36. Dicitur legitime: nam secus est si citatio minus legitima, aut valida fugerit c. quod in lym de reg. jur. in 6. cap. proposuisti, verbo legitima, de foro comp. Afflic. decil. 194. debetque citationi inseri copia commissionis, ut inducatur litispendentia Vestrius in praxi lib. 4. c. 1. n. 1. & seq.

**D** Perpetuus de jure. Quod verum nisi aliud rescriptum impetretur contra primam quod potest ad verius (etiam non facta primi mentione) facere re integrum est non presentato altero rescripto & parte citata, c. Si autem & c. 1. Contrarius gl. de rescriptis.

## ARGUMENTA IN REGVL. XIII.

INNOCENTII.

- |   |   |
|---|---|
| <p>1. Ista reg. declarat seu limitat præcedentem.</p> <p>2. Lex declarativa vel interpretativa alterius debet intelligi in terminis illius declarata.</p> <p>3. Quando intellectus dubius est, debet recurrere ad rationem naturalem &amp; ad regulas juris.</p> <p>4. Verba debent intelligi civiliter, &amp; prout ratio dicitur &amp; non abusive.</p> <p>5. Contrahens matrimonium in gradu prohibito, debet post dispensationem de novo consentire.</p> <p>6. Dispensatio ad duo incompatibilia,</p> | <p>per solam signaturam fortiter effectum.</p> <p>7. Facultas limitata dispensandi limitatum producit effectum.</p> <p>8. Officiales de quibus in hac reg. sint revocati? &amp; quid de Comite Polatino, n. 9.</p> <p>10. In quo differat hæc Innocentii reg. à regulis posteriorum Pontificum.</p> <p>11. Glossographus in quo hic exerravit.</p> <p>12. An Regibus concessa facultas beneficia conferendi sub hac reg. comprehendatur, &amp; quid in Officialibus Regi-</p> |
|---|---|

REGUL.



REGVLA XIII. INNOCENTII.

Qua est etiam XIII. PAULI V.

REVOCATIO FACULTATUM QUIBUSVIS CONCES-  
SARUM DE DISPEN. SYPER MATRIM. SUPER  
defectu natalium, etatis, & aliis hic expressis,

Item revocat quascumque facultates concessas quibusvis Patriarchis,  
Archiepiscopis, Episcopis & aliis Praelatis & personis, necnon Aposto-  
licis Nunciis, ac fructuum & proventuum Camerae Apostolicae debi-  
torum Collectoribus, de dispensando cum quibusvis personis super  
matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac super  
natalium, & etatis defectibus, & de incompatilibus beneficiis Ec-  
clesiasticis in simul retinendis, necnon de Notariis publicis creandis,  
ac alias a praemissis officia ipsorum Nunciorum, & Collectorum directe  
non concernentes \* quoad omnia in quibus facultates ipsae non sunt for-  
titer effectum, etiam si Nunciis ejusdem dictae Sedis Legatis de latere  
competens fuerit concessa potestas.

GLOSSEMA ALPHONSI.

In ista Regula revocantur facultates datae Legatis & quibusvis Patriarchis &c. vel officiali-  
bus Apost. Sedis, de dispensando in matrimonio contrahendo, vel super defectu natalium  
etiam omnibus non concernentibus eorum officium in his in quibus non sunt fortiter effectum &c.  
Ista reg. venit ad limitationem superioris reg. ubi revalidantur literae gratiae, vel iustitiae emana-  
tae a praedecessore suo &c. Sed de hoc limitat nisi in casibus hic expressis, & sic oportet quod in-  
terpretatur ista reg. de facultatibus concessis a Sixto & non ab isto Innocentio: nam alias cum  
impliciter loquitur ut l. ariani C. de haeret. videtur quod etiam facultates concessae ab  
Innocentio sunt revocatae: quod non est verum. Nam lex declarativa, vel interpretati-  
va alterius, debet intelligi in terminis illius declaratae glo in c. is qui & cap. qui contra  
de election. in 6. & quod intelligi debeat de facultatibus concessis a Sixto, & non ab  
Innocentio, patet: quia quando genus distinguitur per speciem, tunc dicitur inter-  
pretatio

REGULA  
XIII  
INNOCENTII  
PAULI V.  
DE  
DISPENSATIONE  
SUPER  
MATRIMONIO  
CONTRACTO  
VEL  
CONTRAHENDO  
IN  
GRADU  
PROHIBITO  
AC  
SUPER  
DEFECTU  
NATALIUM  
&  
ETATIS  
DEFECTIBUS  
&  
DE  
INCOMPATIBILIBUS  
BENEFICIIS  
ECCLSIATICIS  
IN  
SIMUL  
RETINENDIS  
NECNON  
DE  
NOTARIIS  
PUBLICIS  
CREANDIS  
AC  
ALIAS  
A  
PRAEMISSIS  
OFFICIA  
IPSORUM  
NUNCIORUM  
&  
COLLECTORUM  
DIRECTE  
NON  
CONCERNENTES  
QUOAD  
OMNIA  
IN  
QUIBUS  
FACULTATES  
IPSAE  
NON  
SUNT  
FORTITER  
EFFECTUM  
ETIAM  
SI  
NUNCIIS  
EJUSDEM  
DICTAE  
SEDIS  
LEGATIS  
DE  
LATERE  
COMPETENS  
FUERIT  
CONCESSA  
POTESTAS



pretatio & adjectio ut not. in cap. 1. de nova form. fid. col. 10. Sed genus Regulae superioris distinguitur per species hic numeratas, ergo sequitur quod hic est adjectio, & interpretatio superioris Regulae. glo. in clem. de multa quam not. ibi Abb. de prob. l. 1. quia quando est intellectus dubius, recurrere debemus ad rationem naturalem, & ad Regulae juris Dec. in l. scire oportet §. 1. & si maxime ff. de exec. tur. in 2. not. in l. cetera diffinitio ff. de reg. jur. quae jura allegat Bald. ad hoc in c. 2. de alien. feud. §. col. Sed ista est ratio naturalis &c. ergo. Nec obstant verba generalia hic posita, quae debet intelligi civiliter, & prout ratio dicitur, & non abusive, l. Si cui ff. de servit. obligatione generali ff. de Pig. quae jura ad hoc propositum allegat Bald. in c. 1. in col. de Capitan. qui cui vendi col. 10.

Et in quantum regula dicit quod facultas qua non est sortita effectum quoad dispensationem censetur revocata, potest poni exemplum de dispensatione facta, quod duo possint contrahere matrimonium in gradu prohibito, qui licet ante dispensationem contraxissent, tamen post dispensationem requiritur novus consensus per not. DD. in c. super eo, de Condit. in po. & si ante istam revocationem non consenserint de novo, censetur revocata ista dispensatio ut hic. Sed non debet intelligi sic de dispensatione ad duo incompatibilia: quia licet dispensatio non habuit ista duo beneficia incompatibilia, tamen ejus dispensatio non est revocata, quia jam sortita est effectum per solam signaturam, ut saepe dixi superius, fa. glo. cum textu in cle. Dudum §. nos enim de Sepult. & hoc vult dicere ista Regula in hoc, quod licet licentiam facultatem dispensandi cum x. simpliciter dispensat cum xii. quod quoad alios cum quibus non dispensavit, est revocata facultas, & etiam de jure communi idem est, quod non incepta per obitum concedentis, ut est glo. not. in c. pastoralis juncto textu, de rescript. in fi.

Item est notandum hic, quod isti officiales, de quibus in Regula, non revocantur hic primo quia sunt Officiales Apostolicae Sedis, ut hic, arg. c. Quoniam Abbas, & quod ibi not. de Officio deleg. & c. si gratiosè de rescript. in 6. Item patet hic, quod Officia ipsorum &c. non concernentes &c. Ex quibus verbis etiam infero quod Comes Latinus creatus à Sixto, potest facere Doctores & Notarios, quia est Officialis Apostolicae Sedis, & non est revocatus, & post revocationem factam hic, potest facere Doctores & Notarios, quia hoc concernit officium suum principalem: ergo non censetur ista facultas revocata per praedicta verba istius Regulae.



COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

*Haec Regula*) Differt haec Regula à Regulis Julii III. Pii IV. Gregorii XIII. Aliorumq; successorum ad nostra usq; tempora Pontificum, quod illi ampliaverint hanc Innocentii regulam revocatoriam, quatenus nimirum revocatur facultas disponendi quomodolibet de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, etiamsi in litteris de super casibus sint clausula restitutiva, & derogatoriarum derogatoria: & alia efficaciores. <sup>10</sup>  
 Hic Jul. III. Pius IV. & Pius V. Greg. XIII. revocavit etiã facultates & indulta concessa Cardinalibus, & aliis personis disponendi de beneficiis quibuscumq; certarum Civitatum & Dioc. de consensu Episcopi, & c. estque effectus utriusque additionis magnus: Nam quoad primam additionem, non veniebat in dicta Innocentii Regula revocatio facultatum disponendi de beneficiis: quia sub generali facultate non veniebat facultas conferendi beneficia: seu de illis disponendi *cap. fin. de offic. Vicarii in 6. de. in cap. ex frequentibus num. 7. de instit.* quoad secundam, praesupponitur quod Cardinales, seu alii habent facultates, & indulta conferendi beneficia in aliena Diocesi seu Episcopatu, aut ad constituendum Vicarios, qui illa dioc. Cardinalibus, vel aliis, conferant, seu commendent. Ita que revocant posteriores Pontifices hanc facultatem idq; merito cum Episcopus sit Ordinarius Collator in sua Diocesi, *c. omnes basilica, & c. nullus 16. q. 7.*

*Non ab ipso Innocentio*) Hallucinatus est hic noster Glossographus, & frustra se involvit, dum conatur ostendere Regulam hanc loqui de revocationibus facultatum concessarum à Sixto Praedecessore. Nam cum Regulae Cancellatione cum Pontifice moriente extinguantur, & altero apice dignitatum adepti, postero assumptionis die rursum publicentur & reviviscant, certè non potuit Innocentius Regularum Conditor, antequam assumptus ad Pontificatum esset, facultates, de quibus in hac reg. concedere, & per consequens suas, sed Sum. praedecessoris revocare.

*Comes Palatinus*) An Regibus concessa facultas conferendi beneficia sub hac reg. comprehendatur? & quid in facultatibus, militibus S. Petri, aliisq; Papae Officialibus, de numero particip. concessis super creatione Dd & eorum & Notariorum, ac dispensatione super natalibus? & quid in Cardinalibus Legatis à literis? vide Mandosium ad hanc Reg. de his distinctè disputantem: satis enim mihi est quae variis has ostendit.

T. 3.

Argu.

GLA  
 RIN  
 TARIA  
 LAS  
 ARTES  
 LIC